



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De sancto Petro martyre ordinis predicatorum. Cap[itulum]. xcviij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

si sacrificare noller: foueam tibi profundissimam donec puenires ad aquam fieri: et ibidem ipsum depositum terra ac lapidibus obrui. Locus autem ubi decollabant christiani palma dicebatur: eo quod arbor antiquae palme illuc esset. Beatus ergo martyr eodem adductus cum sacrificare noller facta fouea: ut dictum est: terra ac lapidibus est obruit. Sacerdos autem idolorum qui hoc consilium dederat: arreptus a demonio per septem dies clamabat: quod vitalis martyr cum incederet. Die autem septimo in flumine se precipitans miserabiliter exspirauit. Passus est autem sanctus martyr. iiii. kalen. maij: circa annum domini. lviij.

De sancta Valeria martyre. Cap. xcvi.



### Valeria martyr sancta

Valeria vitalis uxor: et mater sanctorum geruasij et pthasij cum exiens mediolani uirum suum rauenne passum audisset: illuc cum famulis accessit: et corpus sancti vitalis auferre uoluit. Verum in somnis admonita a beato martyre ne corpus a malo homine bene positum violaret: ipsum dimisit: et mediolanum in curru rediens: rusticos deo suo filiano sacrificantes incurrit. Qui eam de ueliculo deponentes horrabatur secum epulari: sed illa se christianam esse: nec sibi licere de immolatis idolis manducare respondit. Quod illi audientes tanta eam cede mactauerunt: ut uix eam seminec sui famuli ad mediolanum. ubi perducerent. Que infra triduum migravit ad domum. Recte autem eius passio uiri sui legende continuatur: quia dies certus eius martyrii non exprimitur.

De sancta Theodora uirgine et martyre et uirgine mar. Cap. xcviij.



### Theodora uirgo et martyr

Theodora uirgo: cuius passioe ambrosius secundo libro de uirginibus facundo sermone et luculento stilo diffusius pertractat: cum uirgine cuius nomen subter: apud antiochia passa est. Que cum elegantis esset decoris et uirginitatis professione aspectus publicos fingebat. Tandem puella a gentilibus detenta producit: duplex professam certamque uirginitatis et religionis: dataque ei optione a iudice: aut sacrificare uirginem: aut lupanari. postulat: ut alterum sponte desereret: cum ei alterum abstinisset. Ipsa autem tolerabiliter extimans mentem uirginem quam carnem habere: et quod uirginitatem mentis nemo ab inuita potest eripere: stetit: et tacuit: ne eam uel loquentem aduiter audiret. Dicit ergo uirgo christi ad lupanar: sed postulat potest: aduiterari non potest. Certaribusque singulis que predam primus inuadat: illa introclusa domum exorabat: ut qui susannam de supplicio eruerat: eam de-

pulo liberaret. Cum compleretur orationes: et ecce uir militis specie terribilis apparuit. Qui cum crucis sibi et timore cedentibus ingressus cellulam uirginem perstravit: dicens quod eam uenerat saluare non perdere: suas ei vestes offerens: et habitum uirginis poscens: ut sic mutatis uelibus illa incorrupta militis specie egressa seruet: ipse non remansens uirginis habitu si necesse est martyrii quod optat patiat. Quem uirgo persecutorem extimans crucem eius gladio preparabat. Tandem christianissimum cognoscens: et vestes suas et ueniam cum milite habitum commutauit: et habitu uirili extimens cunctis ignota militem uirginali tunica amictum dimisit. Post hec alius cubiculum ingressus quasi cum puellam tractare inciperet: uirum reperiens stupore miratus: ferens femineus in uirilem mutatum arbitrat. Sed dubitans ne magicis artibus et ipse seculi forsitan mutaretur: concitus extimens uisa narrauit: populus obstupuit: et militem pro puella deprehensum pro eadem ad mortem damnauit. Dumque ille gladium libens exciperet: fertur puella ad locum certaminis uirili habitu cucurrisse: factusque palasse: ambo de nece certasse ille dicebat se iustum occidit non illam. Nam eadem sententia que cum damnauerat: illam absoluerat. Illa e contra clamabat: quod non illum uadem mortis elegerat: sed fidem pudoris optauerat. Nec interuenere: ut sibi necem eriperet: sed ut uirginitatem defensaret: prolixaque orationibus lepore martyrii exerebat. Dudum igitur ambo contenderunt et ambo tandem uictoribus extiterunt. Nec diuisa est corona: sed addita. Quales enim uirginitatis defensione palmam obtinuit: uirgo pro uirginitatis confessione coronam percepit. Sicque ambo capitali sententia triumpharunt. iiii. kalen. maij.

De sancto Petro martyre ordinis predicatorum. Cap. xcviij.



### Petrus homo

Petrus martyr de ordine predicatorum de ciuitate ueronensi. oriundus: uelut rosa de spinis exortus de parentibus hereticis fidei pugil egregius extitit. A quorum tamen errore se mundum seruauit. Et adhuc septem esset annorum et a scho-

lis rediret: a patre heretico interrogatus quid didicerit. Respondit se didicisse: credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. Ille non ne diceret creatorem celi et terre prohibebat: eo quod deus uisibilium creator non fuisset: sed diabolus omnia que uidentur procreasset. Puer non sicut didicerat sic uelle dicere ac credere affirmabat. Ille non ei per auctoritates suadere conabatur. Quas omnes puer spiritu sancto plenus contra eum conuertit: cumque gladio

## De sanctis in mēse aprilis occurrētibus. Fo. xcix.

quasi proprio interemit. Patruus hō indigne ferens a puero se confusum: patri gesta retulit: et ut petrinū a scholis remoueret oīno persuasit. Timebat eū ut dīcebat ne cum petrinus fuerit bene eruditus ad meretricē illā romanā ecclesiā se cōferret: et sic eoz fidē cōfunderet. Qui nesciēs verū dicit: dū petrū hereticoz p̄fidiā destructurū tāq̄ alter caiphās p̄phetavit. Sed q̄ res a deo fiebat pater monitis fratris ascēsum nō p̄buit sperās q̄ puerū ad suā sectā pertraheret cum in grāmārica eruditus foret. **C**uidēs autē petrū nō esse turū cū scorpionibz habitare: relicto seculo: fratruū predicatorū ordīnē annoz. x. introiuit. In quo. xxx. annis fere p̄seuerauit: et ad cumulū totū p̄fectiōis ascēdit. Virginitatē quoq̄ mētīs et corpīs illibatā seruauit: nec alicuius mortalīs criminis cōragiū sensit: sicut suoz cōfessorū testimoniū probatū est. Carnē quoq̄ ieiunijs assiduis macerabat. Noctes post breue somnū studio sacre scie occupabat: dies hō animarum commodis impendebat predicationibus vel cōfessionibus aut hereticorum disputationibus insisterēdo: pro fidei quoq̄ defensione se totum exponebat: orationibz crebris petēs a dño: q̄ nō finiret eū ex hac vita migrare nisi sumpto calice passionis: multis etiā miraculis conuincat. **Q**uadā die dū mediolanū quendā ep̄m hereticoz a fidelibus captū p̄ntē pplī multitudīne examinaret: et disputatio protracta fuisset: et maximus solis estus cūctos affligeret heresiarcha petro dicebre cepit: q̄ si erat ita sanctus ut eum stultus ppl̄s affirmabat: populū ip̄m estu mori p̄mittere nō debebat: et q̄ rogaret deī ut nubē aliquā solī opponeret: et sic ppl̄m refrigeraret. Asserēs q̄ si fieret fidē catholicā reciperet: maxīe cū nulla vel minūta nubecula in aere appareret. Quod beat⁹ petrus corā oībus se facturū p̄misit. Deinde ad dñm orationem fudit. Statimq̄ signo crucis edito: nubes in aerē ascendit: et se inter solem et populū interposuit: atq̄ in modū papilionis cūctos ab estu per magnā horā refrigerauit: hereticus hō in sua duritiā permanēs: ad veritatē fidei venire contēpsit. **C**ontractū quēdam noīe aserbiū: qui per quinquēniū in sextario trahēbatur se deductū mediolanū sanauit. **N**obilis quidā filiū habebat qui timore gule horribilī: nec loqui nec vix suspirare valebat: capā petri ex deuotione sustulit: de qua filio gulam tetigit: illeq̄ cōtinuo sanitatem recepit. **I**dē nobilis postmodū graui corrosione corporis torquebat: qui capā eandē ex deuotione reseruatam super se poni fecit: moxq̄ vermen p̄losum duo habente capita euomuit et oīs dolor cessauit. **Q**uidam etiam iuueni muto inmissō digito in os eius tractaq̄ līngā beneficiū loquellē cōcessit. **C**erū cū pestis heretica in lombardie prouincia pullularet: summus pontifex: ad pestē diabolicā abolandā: diuersos in-

quisitores de predicatorum ordine in diuersis lombardie partibus delegauit. Inter quos beatus petrus in mediolano et in eius comitatu inquisitorē prauitatis heretice auctoritate apostolica ordinauit. Qui sibi iniunctū officiū diligēter exercēs hereticos ubiq̄ perquirēs nullā eis requiem tribuebat: sed ipsos tam potentia q̄ sapientia conuincēbat. Quod illi videntes de ipsius morte tractare ceperunt: et fauorem quendam ipsorum sicarium: ut eum occideret precibus et precio induxerunt. **C**um igitur sanctus petrus de ciuitate cum ana ubi fratrum sui ordinis prior: erat mediolanū pergeret pro officio inquisitionis exequēdo p̄dictus sacrileg⁹ ip̄m in itinere aggressus educto ense sacri eius caput crudeliter imperit: et duobus diris vulneribus sauciuit. Qui non querula voce murmurās sed sufferens omnia patienter suum dño sp̄ritū cōmendabat. Symbolū sacre fidei pro qua dimicabat deuotissime p̄ferens: cuius nec in mortis articulo desit esse precō. Sed cur adhuc martyr dñi palpitaret cultellū litto: arripuit: et p̄ latera eius trāssixit. **E**tus corpus fratres predicatorum tulerunt: et mediolanū deferentes honorifice sepelierūt. Ad cuius sepulturā lampades dependentes plures diuinit⁹ et absq̄ hūano studio sunt accense multis quoq̄ conuincat et manifestis miraculis ibidē requiescens: qui passus est. iij. kalē. maij. **D**e sancto Titico diacono. **Cap. xcix.**

**T**iticus diaconus discipulus sancti pauli apostoli et vni⁹ ex vii. discipulis fuit: ut scribit abbas dorothē⁹. **H**uius meminit idē apostol⁹ in ep̄istolis suis: videlicet ad col. iij. et secūda timo. iij. pronūciāns eum fratrem charissimū ac conseruū suū in dño. Qui etiam ab eodē apostolo ep̄scopus colophonie ordinatus: post predicationis officium diligētius peractum apud paphum oppidū insule cypri quieuit in dño: ibidē sepultus. iij. kalē. maij. **D**e sanctis Agabo et Secūdino ep̄is et socijs martyribus. **Cap. c.**

**A**gabus et secundinus ep̄scopi et socij eorum passi sunt apud circeiā. coloniā: que ē in nymida. Qui persecutione valeriana post longum exilium in prefata vrbe in qua tunc maxime gentiliū rabies ad tentandam iustozum fidem inhiabatē illustrī sacerdotio gladio consumari effecti sunt martyres gloriosi. Passi sunt etiam in eorum collegio emilianus miles torula et antonia sacre virginēs et quedam mulier cum suis gemellis: qui passi sunt. iij. kalendas. maij. **H**ec ado.

**D**e sancto Leone ep̄scopo. **Cap. ci.**  
n iij